



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

XXVIII. Sancti Innocentes. Ecce, quibus non erat Judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes. Jer. 49. v. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

qui petiverit à DEO alas Columbarum: *Quis dabit mihi pennas sicut Columbarum, & volabo, & requiescam?* Pl. 54. v. 6. Sed qui petiverit alas Aquilae, non invenitur. quia Columbarum datae sunt alas tam pernices & rapidae, ut ad tuendam salutem & vitam ad usque Regionem aëris fugâ sibi possit consulere. Aquilae autem datae sunt, ut illi Regioni etiam dominetur.

XXVIII.

Sancti Innocentes.

Ecce, quibus non erat Judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes. Jer. 49. v. 12.

1. Considera, quàm sis delicatus, si terreatis illâ exiguâ adverteat vel ærumnâ, quàm DEUS tibi immitte, ut Caelum largiatur. Infantes isti innocentes, ut eo potitentur, vix nati crudelissimam sustinere mortem debuerunt, confossi & jugulati in conspectu Matrum, & tu obrinere vis gratus? ô quantum falleris! *Ecce, quibus non erat judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes.* Dicit: *quibus non erat judicium*, quia sicut infantes illi nondum erant iudicio præditi, ita non solum capaces non erant ejusmodi poenae, sed nec quaestionis quidem, adeo erat eorum explorata innocentia, & tamen biberunt calicem quasi Rei, & quasi Rei mortis, ut adeo totum biberent usque ad suadum: *bibentes biberunt.* & tu cum sis reus, querelas & lamenta prodis, si tibi stillas aliquas

bibere contingat? Perge sanè nuntius indulgere cupiditatibus, risibus, jocis, saltibus vacare, litare genio: quod hic non pareris, ibi patieris. *Gaude & letare filia F. dom, qua habitas in terra Hus: ad te quoque perveniet calix: inebriaberis, atque nudaberis.* Thr. 14. v. 21. *Inebriaberis* omni illa amaritudine, cujus modo nec libere guttam sustines: *Nudaberis* omni illa sive voluptate, sive honore & gloria, quæ nunc uniantur ad pariendam tibi lætitiâ.

2. Considera nomine calicis hæc intelligi Justitiam vindicativam juxta illud: *Calix in manu Domini vini mieri, plenus mixto.* Pl. 74. v. 7. & ideo bene nota ejus qualitates. Est *Calix*, quia hæc Justitia usurpatur à DEO ad mensuram, hoc est, secundum quantitatem vel qualitatem delicti, quod est plectendum. *Potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Pl. 79. v. 6.

Lii iiii

Est

Est *vini meri*, quia sicut merum vim habet ita prosternendi vires hominis, ut ipse jam non sit potens sui nec quoad facultates animi, nec quoad corporis sensus, sic & Justitia Divina. hinc potest homo saepe ab humana se defendere, illi se subducere, vel eam evitare, ut qui mentis est compos; sed à Divina non potest. necesse est instare brij ejus se permittere potestati. *Sume calicem vini furoris hujus de manu meâ, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te: & bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos.* Jer. 25. v. 15. Est vini meri, sed non ejusdem generis: *Vini meri plenus mixto*: quia Justitia Divina non est alligata à legibus uni soli generi supplicij, sicut humana, sed multis miscetur. *Ignis & sulphur, & Spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Pl. 10. v. 7. *Est in manu Domini*, quia in ejus est potestate talem exercere Justitiam, quando placet; non est illi locus designatus, vel tempus quemadmodum Judicibus humanis. hoc facit, quod vult. *Inclinavit ex hoc in hoc.* & quantumvis multi inde hauriant, semper superest omnibus. *Veruntamen fax ejus non est exinanita.* & tu renues bibere calicem tunc, cum eum tibi Dominus in presenti vita propinat? Cave: quia si bibere illum debent Innocentes, solum quia descendunt de vitiosâ stirpe Adami; multò magis eum bibent Peccatores, hoc est, qui tot onerati sunt culpis; quas ipsi commiserunt. *Bibent omnes peccatores terra.* quâ igi-

tur ratione tu solus tot inter vis esse punis? *Non eris innocens, sed bibentibus*: hoc est, nisi volueris bibere calicem ex amore, bibere necesse est quantumvis invitum. *Conque viderint accipere calicem de manu tua, & bibant, dices ad eos: hæc dicit Dominus exercituum: Bibent bibent.* Jer. 25. v. 16. 3. Considera videri tibi aliqui duros durum insectationes sustinere vel penas quamvis innocenter, ut dicitur non verearis, minus te querant, si esses reus. sed nunquid hoc tantum est error? an ergo malles bibere Calicem Justitiæ Divinæ potius, quam ferodis, qui ex rabie, cum videret se letè mori corrosus à vermicibus, vixit sibi cultello eripere mollebarat, quibus ut infantes ab Herode occisus, tum malum, quod metui in mundo potest, non est poena, sed culpa. ut de DEUS, ut evitetur culpa, intentat poenam. tu malis illam cum ista, quam illi sine illa, non sic age, parere, ut DEUS hic te vexari sinat & punire quævis innocentem. tempus erit, cum reddet tibi justas vices. Ecce quot modo vix intra paucos annos ab Innocentibus transit ad Herodem! ita crede te te pariter futurum. *Ecce tibi de manu tua calicem foporis, fundam calicem indignationis meæ: non adjuce, ut bibas illum ultra, & ponam illum in manuum eorum, qui te humiliaverunt.* Isa. 51. v. 22.

